

KS. FRANCISZEK MAROŃ

MATERIAŁY ŹRÓDŁOWE DO DZIEJÓW KOŚCIOŁA
W OBECNEJ DIECEZJI KATOWICKIEJ

PROTOKOŁY WIZYTACYJNE Z 1611 R.

WSTĘPNE UWAGI

Zgodnie z zapowiedzią, umieszczoną w piątym tomie „Śląskich Studiów Historyczno-Teologicznych”, publikujemy poniżej protokoły wizytacyjne z r. 1611. Zawarte są w oryginalnym rękopisie o trojakim charakterze pisma z pierwszych lat XVII w., tworzącym foliał o wymiarach 32 na 20 cm., oprawiony w tekturę, obciążoną pergaminem z antyfonarza XV-wiecznego. Wolumen zdeponowany jest w Archiwum Kurii Metropolitalnej w Krakowie pod sygnaturą nr 31. Jest to następny po protokołach wizytacyjnych z r. 1598¹ oraz dekretach egzekucyjnych z r. 1601² zachowany dokument, obejmujący uwagi poczynione w toku wizytacji parafialnej, przeprowadzonej z polecenia ks. biskupa Piotra Tylickiego. Z tekstu protokolarnego, sporządzonego przy tej sposobności w Siewierzu, wynika wprawdzie, że już wcześniej ks. biskup Tylicki wizytował to miasto, ale na skutek zaginięcia wszelkich podkładów nie można ustalić ani czasu, ani obszaru wspomnianej wizytacji.

Wizytacji dokonał w r. 1611 ks. Piotr Skidziński, herbu Kietlicz, kanonik krakowski³. Spotykamy się z nim już po raz trzeci. Pierwszy raz wymienił go ks. prepozyt tarnowski, Krzysztof Kazimierski, w r. 1598 jako kłeryka o niższych święceniach a zarazem rektora kościoła parafialnego w Łędzinach, w dekanacie pszczyńskim⁴. Następnie brał udział w zebraniu, jakie odbyło się w r. 1601 z nakazu ks. biskupa Maciejowskiego celem stwierdzenia, czy wykonane zostały dekrety reformacyjne z r. 1598⁵. Przy tej sposobności dowiadujemy się, iż był krewniakiem ówczesnego biskupa i już przyjął święcenia diakonatu. Tym razem występuje jako archidiacon w Zawichoście⁶, w powiecie sandomierskim.

¹ *Akta wizytacji dekanatów bytomskiego i pszczyńskiego, dokonanej w roku 1598 z polecenia Jerzego Kardynała Radziwiłła, biskupa krakowskiego*. Wydał, wstępem i objaśnieniami zaopatrzył ks. dr M. Wojtas, Katowice 1938, ss. 126.

² Ks. F. Maroń, *Materiały źródłowe do dziejów Kościoła w obecnej diecezji katowickiej, Dekrety egzekucyjne z r. 1601*. Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne, t. V, Katowice 1972, s. 263 n.

³ K. Niesiecki, S. J., *Herbarz Polski*, wydany przez J. N. Bobrowicza, t. VIII, Lipsk 1841, 380.

⁴ *Akta wizytacji*, j. w., 98.

⁵ Ks. F. Maroń, j. w., .

⁶ H. Grocholski, *Powstanie archidiaconatu zawichojskiego i jego najstarsze kościoły do połowy XIV w.* W: *Roczniki Humanistyczne Tow. Nauk. KUL*, t. XIII, z. 2, 1965, 151 nn.

Z powierzonego mu obowiązku zwizytował dekanaty nowogórski w powiecie chrzanowskim, bytomski, nowotarski oraz położone w Lubelskiem dekanaty chodelski i parczewski.

Na interesującym nas terenie uwzględniono tym razem tylko dekanat bytomski i to wszystkie parafie, położone w granicach ówczesnej Rzeczypospolitej a z paralii w obrębie państwa Habsburgów jedynie Kamień, Chorzów, Bytom, Michałkowice, Bogucice, Mysiowice i Dzieckowice. Poza tym w trakcie wizytacji dekanatu nowogórskiego wstąpił do parafii Chełm, przynależnej wówczas na skutek swej eksterytorialności⁷ do tegoż dekanatu. Pod względem rozpracowania sprawozdania wizytacyjne ks. Skidzińskiego należą do najbardziej schematycznych. W porównaniu z relacjami ks. Kazimierskiego z r. 1598, a przede wszystkim z późniejszymi z r. 1618 dostarczają stosunkowo mało materiału wartościowego. Zupełnie pomijają sprawy personalne, a interesy parafialne potraktowano według goóry ustalonego wzoru, którego ściśle przestrzegano w następującej kolejności: wezwanie i wystrój kościoła, tabernakulum, oleje św., chrzcielnica, ołtarze, przybory ołtarzowe, zakryścia, dochody, księgi kościelne, majątek kościelny, fundacje, zrzeczenia i dekret reformacyjny. Aby przy każdej parafii nie powtarzać tych samych lub podobnych danych, pierwszy jedynie protokół umieszczamy w całej rozciągłości, a przy następnych podamy tylko lokalne szczegóły i dekret reformacyjny, z którego wynikają zauważone przez wizytatora usterki.

Visitatio ecclesiarum decanatus Novi Montis, Bythomiensis, Noviforo, Chodeliensis, Parczoviensis per tl. Petrum Skidziński, archidiaconum Zawichostensem de anno 1611 peracta auctoritate tl. Petri Tylicki⁸, episcopi Cracoviensis, ducis Severiensis.

k. 214r. DECANATUS BYTOMIENSIS VISITATIO

Villa Chroszczobrod

Ecclesia parochialis lignea tituli visitationis B. Mariae Virginis consecrata, cuius consecrationis celebratur dies dominica prima post festum s. Hedwigis. Iurispatronatus haereditis villae. Imago crucifixi in medio ecclesiae sculpta. Parietes immundi. Pavimentum inaequale. Organum musicum. Ambona in cornu Evangelii ad parietem affixa. Confessionalia duo. Fenestrae locatim fractae. Cereus ardet durante divino officio. Fores bonae.

Ciborium. In corpore ecclesiae maiori altari ligneum, decenter pictum, intus mundum, continens pixidem stanneam, in qua repertum est vasculum argenteum in sacculo lineo cum multis hostiis consecratis et renovantur semel in quindena. Bursa pro deferendo venerabili sacramento ad infirmos habetur bona.

Chrismale. Stanneum tripartitum, ubi olea sacra anni praesentis continentur, in armario peculiari servantur, vetera autem cremari solent in lapide peculiari, qui eo nomine habetur.

k. 214v.

Baptisterium. In corpore ecclesiae muratum, clauditur sera pensili bona, cum pura aqua adinventum, quae calari solet, quoties postulat necessitas, more re-

⁷ Ks. F. Maron, *Proces kształtowania wschodniej granicy biskupstwa wrocławskiego...* Śląskie Studia Historyczno-Teologiczne, t. IV, Katowice 1971, 187 nn.

⁸ Ks. biskup Piotr Tylicki h. Lubicz, urodzony w r. 1543 w Kowalu na Kujawach, ukończył szkołę w Krakowie. Stefan Batory mianował go swym sekretarzem, kanonikiem przemyskim, proboszczem w Małogoszczu a 1580 r. kanonikiem krakowskim i proboszczem gnieźnieńskim. Od r. 1595 był biskupem chełmińskim, od 1598 podkanclerzem koronnym. W 1600 r. wybrany biskupem warmińskim przeniósł się w 1603 r. na biskupstwo kujawskie a w r. 1607 objął rządy biskupstwa krakowskiego. W r. 1612 odprawił synod diecezjalny. Zmarł dn. 13 VII 1616 r. Patrz: Podręczna Encyklopedia Kościelna, t. 39—40, Warszawa 1914, 322 n. i ks. L. Łętowski, *Katalog biskupów, prałatów i kanoników krakowskich. Biskupi krakowscy*, t. II, Kraków 1852, 162 nn.

cepto. Sacrarium, in quo ablutiones mittuntur, habetur. Metrica in congruo scribitur.

Altaria. Tria murata consecrata, integras mensas habentia, teguntur mappis tribus.

Attinentia altaris. Corporalia duo integra non munda. Pallae duae. Purificatoria sufficientia. Vela super calicem varii coloris quinque. Panis et vinum recentia. Feramenta pro pinsandis hostiis bona. Urceolorum par unum stanneum. Vexilorum tria paria. Candelabrorum quinque paria.

Sacristia. Lignea, in qua servatur haec supplex. Imprimis calices duo argentei cum patenis, localim deaurati. Crux una argentea cum reliquiis s. Stanislai et s. Floriani. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium aurichalceum bonum. Casulae varii coloris quatuor. Albae tres. Mappae novem. Pluviale unum. k. 215 r.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis per grossos duodecim. Item a sepultura per marcā unam. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus dominicis et festis.

Libri ecclesiae. Missalia duo romana. Agendorum liber Povodovii. Graduale novum. Antiphonarium vetus. Psalterium non est.

Fabrica ecclesiae ab extra. Tectum templi in quibusdam locis malum. Campanilis et ossarii bona. Coemeterium bene septum.

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros post domum plebanalem, prata ibidem, piscinas duas. Decimas iuxta erectionem atque fundationem ecclesiae, quas habet in pergamine scriptas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Chroszobrod, Mirzowicze, Tuczna Baba, Sikorka, Żąbkowice, Wysoka, Wiesiolka. Decretum reformationis. Parietes a pulveribus mudentur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparentur. Pavimentum sit latere stratum. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur, dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Metrica utraque secundum formam tl. olim cardinalis Maciejowski, episcopi cracoviensis, in epistola pastorali ad parochos descriptam, scribatur. k. 215 v.

Corporalia plura et semper munda habeantur. Similiter et purificatoria. Pluviale nigrum comparetur. Pallae varii coloris plures sint. Census a vaccis pro fabrica ecclesiae assignatus per duodecim grossos (ut moris est per totam dioecesim) solvatur. Missale novum romanum ac antiphonarium, psalterium Cracoviis impressa habeantur. Sacristia nova aedificetur. Decorem domus Dei tl. Plebanus diligat. Concubinae ac minus honestae mulieres per brachium saeculare puniantur, ac ex villa, ne ira Domini provocetur, excludantur.

Villa Czegowicze

k. 216 r.

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Bartholomaei consecrata, cuius consecrationis celebratur dies dominica prima post festum s. Bartholomei. Iurispatronatus haereditis villae. Imago Crucifixi in medio ecclesiae sculpta. Fenestrae fractae. Pavimentum inaequale. Confessionale nullum. Ambona in cornu epistolae ad parietem affixa. Parietes pulveribus obsiti. Cereus ardet durante divino officio. Fores bonae. Organum musicum.

Ciborium in maiori altari ligneo, continens pixidem aurichalceam cum vasculo stanneo, in quo repertus est sacculus lineus cum hostiis octo consecratis, quae renovantur singulis septimanis...

Altaria. Tria, nullum consecratum. In maiori celebrari solet supposito altari portatili, quod unicum habetur ...

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis octo per grossos quatuor. Item a sepulturis per marcā unam, item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis et dominicis ... k. 216 v.

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agrum in uno loco situm, pratum ibidem, decimas in libris benefi-

k. 217 r. ciorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Czięgowicze, Rokitno, Poremba, Niegowonice. Decretum reformationis. Fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Pavimentum, quod simplex et inaequale, adaequetur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Vetera olea non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari cavernam habente crementur. Metrica utraque secundum formam ... praescriptam habeatur. Corporalia sint plura, integra et munda. Turiferarium novum ematur. Pluvialia ad minus duo habeantur ... Graduale, antiphonarium, psalterium Cracoviis impressa nova comparentur. Agendorum liber Povodovii quamprimum habeatur.

Oppiaum Siewior

- Ecclesia parochialis murata tituli s. Mathaei, consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum Decollationis s. Joannis Baptistae, iurispatronatus tl. loci ordinarii. Imago Crucifixi in medio ecclesiae sculpta. Parietes pulveribus obsiti. Fenestrae malae. Organum musicum. Lambas vitrea ante ambonam pendens. Confessionale nullum. Pavimentum simplex et inaequale. Ambona ad parietem affixa in cornu Evangelii. Fores bonae ...
- k. 218 r. Altaria quatuor murata consecrata, integras mensas habentia, teguntur mappis tribus ...
- calices sex, quorum duo inaurati, ceteri autem locatim. Cruces tres argenteae, locatim duae inauratae. Monstrantia argentea tota inaurata, urceolorum unum par argenteum. Casulas varii coloris quindecim. Pluvialia tria. Dalmaticorum unum par, albas novem. Mappas quadraginta quatuor. Turiferarium aurichalceum.
- Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis viginti duabus per grossos sex. Item a sepultura per unam sexagenam ...
- k. 218 v. Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros, prata ibidem, hortum unum, piscinas tres, villam dictam Wareszyn, decimas in libris beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Oppidum Siewior, Pinczice, Zelslawice, Dziewki, Trzebieszawice, Gołuchowice, Buchotowicze, Szulmicze totum, Cakanka, Piwonia, Sulkowska, Contubernia. Artificum diversorum, quae sunt sex, quae cereos suos inter divina officia accendunt, missas pro defunctis quolibet quartuali absolvere curant. Hospitale. In suburbio cum capella s. Valentini nullam habet dotem. Ecclesiam parochialem frequentant, pauperes in uno hypocausto viri et feminae habitant. Censum habet per octo florenos ex agris certis et hortis. Item censum a novem vaccis per grossos octo, praeterea elemosinam a christifidelibus.
- k. 219 r. Decretum reformationis. Quodcumque priori reformationi huius ecclesiae per tl. Petrum Tilycki, episcopum cracoviensem institutum in quibusdam articulis et punctis non est satisfactum^o, ideo rursus autoritate eiusdem tl. episcopi cracoviensis mandatur. Ac imprimis ut prior reformatio in executionem quamprimum deducatur. Ut renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur, dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Ut fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Metrica utraque in duobus libris compactis distinctis ... scribatur. Feramenta pro pinsandis hostiis nova habeantur. Pavimentum adaequetur. Confessionalia ad minus duo pro excipiendis fidelium confessionibus erigantur. Tectum templi, campanilis reformentur. Coemeterium sit melius septum. Census a vaccis ... per duodecim grossos solvatur. Praesertim quamprimum constituentes provisores hospitales non permittant in uno hypocausto viros et feminas pauperes simul habitare, sed distinctim construendis hypocaustis tam hieme qu-

^o Wzmianka o nieznaney z akt, przez ks. biskupa Tyllickiego przeprowadzonej wizytacji.

am aetate secundum ordinationes antiquas. Sacerdotes suppeliaci ingrediant ecclesiam sub poena 6 grossorum. Adulteri et publici peccatores per brachium saeculare puniantur, ne ira Domini provocetur.

Villa Woykowicze

k. 219 v.

Ecclesia murata tituli s. Martini, consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Bartholomaei. Iurispatronatus haeredum villae. Imago Crucifixi in medio ecclesiae sculpta ...

Altaria tria murata, nullum consecratum. In altari celebrari solet supposito altari portatili, quod unicum habetur. Teguntur tribus mappis...

k. 220 r.

Sacristia murata, testudine clausa, in qua servatur haec suppelex: Calices tres argentei cum patenis, quorum unus exauratus. Crux una argentea cum reliquiis. Pacificale unum parvum rotundum argenteum. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium etiam aurichalceum. Casulae varii coloris octo. Pluviale unicum. Albae sex. Mappae sedecim.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis tribus per grossos quatuor. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis. Item a sepultura ...

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in tribus locis sitos, hortulanum unum, piscinam unam, messalia ex duabus villis Dąbie et Golassa dictis, decimam in libris beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Woikowice, Wicisce, Wareszyn, Malinowice, Golassa, Dąbie, Szusnice, Tuliszków.

k. 220 v.

Decretum reformationis. Parietes templi a pulveribus mundentur. Confessionale ad minus unum pro excipiendis fidelium confessionibus erigatur. Pavimentum adaequetur. Fenestrae reparentur. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur, dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Metrica utraque in duobus libris compactis distinctis...scribatur. In ciborio praeter venerabile sacramentum nihil omnino servetur. Corporalia sint plura munda et integra. Feramenta pro pinsandis hostiis nova ex ecclesiae huius pecunia quamprimum habeantur. Similiter et turiferarium. Census a vaccis per duodecim grossos...solvatur. Antiphonarum novum ematur. Dominus Brachowski duas vaccas iuxta decretum tl. suffraganei et officialis cracoviensis tl. plebano moderno loci huius restituat. Coemeterium sit melius septum. Concubinari et haeretici ad tl. episcopum cracoviensem deferantur.

k. 221 r.

Villa Kozięglowky

Ecclesia parochialis murata tituli s. Nicolai consecrata, cuius consecrationis celebratur dies dominica prima post festum s. Francisci...

Iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis....

Altaria tria murata consecrata, integras mensas habentia. Teguntur mappis tribus....

k. 221 v.

Sacristia. Testudine clausa, in qua servatur haec suppelex: Calices duo argentei cum patenis, quorum unus deauratus. Crux una argentea cum reliquiis. Monstrantia argentea instar crucis. Turiferarium aurichalceum. Pluvialia cum casulis septem diversi coloris. Albae sex. Mappae duodecim.

k. 222 r.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Nullo habet praeter elemosinam, quae colligitur in sacculum diebus festis et dominicis....

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in tribus locis sitos, prata ibidem, piscinas duas, decimas in libro beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Kozięglowki, Rzeniszów, Markowice, Winowna, Lgota, Frankowska Kuźnica, Mysłów.

Decretum reformationis: Parietes templi a pulveribus mundentur. Pavimentum, quod est simplex et inaequale, adaequetur quamprimum. Sacristia autem sit latere stratum. Vitrici duo constituentur, qui singulis annis tempore oportuno

k. 222 v.

rationem faciant de perceptis expensis praesente tl. plebano et duobus de populo. De cetero decorem domus Dei diligat tl. plebanus.

Oppidum Kozięglowy

Ecclesia parochialis murata tituli sacratissimi Corporis Christi consecrata, cuius consecrationis celebratur dies dominica prima post festum s. Bartholomaei. Iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis...

- k. 223 r. Altaria. Septem murata consecrata, integras mensas habentia. Teguntur tribus mappis....
- k. 223 v. Sacristia. Murata testudine clausa, in qua servatur haec suppelex: calices octo argentei cum patenis, quorum unus deauratus totus, ceteri autem locatim. Item unus argenteus locatim inauratus cum patena fractus. Monstrantia argentea tota deaurata. Cruces duae locatim deauratae, argenteae locatim quoque, una fracta. In manu argentea reliquiae continentur s. Stanislai. Pacificale unum argenteum rotundum parvum, locatim deauratum. Pixis argentea pro deferendo venerabili sacramento ad infirmos, quae servatur in almario. Turiferarium vetus aurichalceum. Casulae tredecim diversi coloris, pluvialia quinque varii coloris. Albae sex, mappae triginta sex. Urceolorum unum par argenteum. Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis tribus per grossos duodecim, item a sepultura per sexagena, item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis....
- k. 224 r. Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agrorum duos laneos, prata ibidem tria, piscinas quatuor, hortos duos, messalia ex oppido eodem tantum viginti siliginis, totidem et avenae. Decimas manipulares in libro beneficiorum expressas, quas percipit de facto. Item praebenda, ad quam pertinent duo lanei agri. Item ex triginta domibus censum per tres grossos annuatim. Item decimas in libro beneficiorum expressas, quas raro repetit. Item piscinas quatuor. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: oppidum Kozięglowy, villae Gniazdow, Siedlecz Stary, Gąszyn, Czinkow, Woislawice, Jastrząbie, Siedlec Nowy, Kamienica Hutnica, Wlasna Hutnica. Hospitale. Extra oppidum sine capella, nullam habens dotem. Ecclesiam parochialem frequentant pauperes. In uno hypocausto viri et feminae habitant. Censum habet per unicum florenum. Item censum a duabus vaccis per duodecim grossos. Item elemosinam a christifidelibus. Contubernia. Artificum diversorum, quae sunt quatuor, quae cereos suos inter divina officia accendunt. Missas pro defunctis quolibet quartali celebrare curant. Praebenda s. Crucis. Extra oppidum, iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis. Habet pro dote agros in tribus locis sitos, piscinulas duas, decimas in libro beneficiorum expressas. Tenetur praebendarius ad unam missam singulis septimanis. Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur, Parietes templi a pulveribus mundentur, Pavimentum adaequetur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparentur. Pixis altera, si non argentea, ad minus stannea ad infirmos, similiter et bursa nova habeantur. Metrica utraque... secundum formam praescriptam in duobus libris compactis distinctis scribatur. Corporalia munda et integra semper habeantur. Crux argentea fracta reformetur. Pluviale nigrum ematur. Ossarium tegatur. Psalterium novum ematur. Coemeterium sit melius septum. Altarista s. Alexii domum ad altare pertinentem ante hiemem restauret sub perditione eiusdem altaris... Farina nunquam mendicetur, ut hactenus, sed ex pecunia ecclesiae ematur. Pia legata exigantur quamprimum et pro fabrica ac usu ecclesiae convertantur. Vitrici singulis annis rationem faciant praesente tl. plebano ac duobus de populo.
- k. 225 r.

Villa Targoszyce

Ecclesia parochialis murata tituli s. Nicolai, consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Bartholomaei. Iurispatronatus t. loci ordinarii....

Altaria tria, nullum consecratum, in quibus celebrari solet supposito altari portatili, quod unicum habetur... k. 225 v.

Sacristia. Murata testudine clausa, in qua servatur haec supplex: imprimis calices duo cum patenis, quorum unus locatim deauratus. Crux una argentea cum reliquiis. Monstrantia non habetur. Turiferarium aurichalceum vetus. Casulae quatuor, pluviale unum, albae quatuor, mappae duodecim. k. 226 r.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis novemdecim per grossos sex, item a sepultura per unam marcam, item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis....

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet agros in tribus locis sitos, hortulanum unum, piscinam unam, decimam manipularem ex agro unius cmethonis dicti Miskowski. Item ex agris trium hortulanorum ex eadem villa. Item ex Przeczyce villa ex agris unius cmethonis dicti Petri Sekula ac ex molendina eiusdem villae. Item ex taberna necnon ex agris quatuor hortulanorum ex eadem villa. Item alias decimas in libro beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Mierzęcice, Brudzowice, Targoszyce, Przeciczce, Toporowicze, Sadowie, Nowawies. k. 226 v.

Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur quamprimum. Parietes templi a pulveribus mundentur, pavimento adaequetur. Confessionale pro excipiendis fidelium confessionibus ad minus unum erigatur. In ciborio praeter venerabile sacramentum nihil omnino servetur. Chrismale in armario peculiari servetur. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur, dies autem renovationis parieti appensa tabula ad ciborium notetur. Bursa pro deferendo venerabili sacramento ad infirmos nova habeatur. Metrica utraque secundum formam praescriptam... scribatur, Corporalia sint plura integra et semper munda. Pallae sint plures varii coloris. Plura sint purificatoria similiter et munda. Monstrantia si non argentea ad minus stannea ematur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Casula nigra et pluviale similiter nigrum comparetur.... Graduale, psalterium Cracoviis impressa emantur. Tectum templi ante hiemem reformetur, necesse est. Census pro fabrica ac usu ecclesiae ex aula fere villa Sadowie per unam marcam annuatim assignatum repetat t. plebanus sub poena excommunicationis, ipso facto incurrenda. k. 227 r.

Villa Sączow

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Jacobi, consecrata, cuius consecrationis celebratur dies dominica prima post festum s. Francisci. Iurispatronatus haereditariae villae et haereditariae de Oserowicze...

Altaria tria murata consecrata integras mensas habentia, teguntur tribus mappis... k. 227 v.

Sacristia. Lignea, in qua servatur haec supplex: calices duo argentei cum patenis, quorum unus locatim deauratus. Crux una argentea cum reliquiis. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium aurichalceum vetus. Casulae sex varii coloris. Pluviale unum, albae sex, mappae viginti. k. 228 r.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis decem per grossos quatuor. Item a sepultura per unam marcam. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis et dominicis....

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in quinque locis sitos, pratum in Witoszyce in fundo t. Osorowski, item aliud pratum Stawiska dictum, hortulanum unum, piscinam unam, hortum k. 228 v.

unum, decimas in libro retaxationum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Szanczow, Tomkowicze, Ozorowicze, item Celiny, Ząndok, Perzowicze, Nowawies, Myskowicze.

Decretum reformationis. Pixis altera pro venerabili sacramento servando habeatur, si non argentea, ad minus stannea. Confessionale pro excipiendis fidelium confessionibus erigatur. Sera ad baptisterium nova ematur. Metrica utraque in duobus libris compactis distinctis... scribatur. Pallae sint plures varii coloris. Corporalia sint semper munda ac integra. Monstrantia tum ex piis legatis quam ex pecunia ecclesiae argentea habeatur. Census a vaccis pro fabrica ecclesiae assignatus per duodecim grossos... solvatur. Psalterium novum ematur. Decorem domus Dei tl. plebanus diligat. Parochiani de haeresi suspecti ad tl. episcopum cracoviensem, ducem severiensem, deformatur. Adulteri et alii publici peccatores per brachium saeculare, ne ira Domini provocetur, puniantur serio quamprimum.

k. 229 r.

Villa Kamień

Ecclesia parochialis murata tituli ss. Petri et Pauli consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Crucis. Iurispatronatus haeredis villae...

k. 229 v.

Altaria tria murata consecrata, integras mensas habentia...

Sacristia murata, testudine clausa, in qua servatur haec supplex: calices duo argentei cum patenis, crux nova argentea cum reliquiis, turiferarium aurichalceum vetus, casulae quatuor, albae quatuor, mappae quatuordecim. Proventus pro fabrica ecclesiae. Ecclesia haec pro fabrica nullos proventus habet praeter elemosinam, quae colligitur in sacculum diebus festis ac dominicis...

k. 230 r.

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in quatuor locis situs. Missalia secundum quantitatem agrorum. Decimas in libro beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Kamień, Bobrowniki, Zychcice, Brzozowice. Decretum reformationis. Parietes templi a pulveribus mudentur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Bursa ad infirmos nova quamprimum habeatur. Vetera olea non in altari ut hactenus sed in lapide peculiari, qui eo nomine habetur, crementur. Metrica utraque in duobus libris compactis distinctis... scribatur. Feramenta pro pinsandis hostiis nova quamprimum habeantur... Tectum templi, ossarii reformetur. De caetero decorem domus Deij diligat tl. plebanus.

Villa Siemonia

k. 230 v.

Ecclesia parochialis murata tituli Omnium Sanctorum consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Michaelis. Iurispatronatus haeredis villae...

k. 231 r.

Altaria. Tria murata, quorum duo consecrata integras mensas habentia, in tertio autem celebrari solet supposito altari portatili, quod unicum habetur. Teguntur tribus mappis...

Sacristia murata, testudine clausa, in qua servatur haec supplex: calices tres argentei cum patenis, quorum unus locatim inauratus. Crux una argentea cum reliquiis. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium aurichalceum bonum. Casulae varii coloris septem, pluvialia duo, albae sex, mappae viginti sex.

k. 231 v.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis sex per grossos sex, item a sepultura per unam sexagenam. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus dominicis et festis...

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in quatuor locis situs, pratium unum, hortulanum unum, messalia ex villis Dobieszowice et Ragozna per duos corethos avenae. Decimas in libro

beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Siemunia, Twardowice, Brzyrkowice, Gora, Strzeszowice, Rogoznik, Dobieszowice.

k. 232 r.

Decretum reformationis. Imago Crucifixi in medio ecclesiae sit sculpta. Parietes templi a pulveribus mundentur. Pavimentum adaequetur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparentur. Confessionalia ad minus duo pro excipiendis fidelium confessionibus quamprimum erigantur. Metrica utraque secundum formam... praescriptam scribatur. Pallae sint diversi coloris plures. Pluviale nigrum ematur. Census a vaccis pro fabrica ecclesiae assignatus per duodecim grossos... solvatur. Ossarium reformetur. Coemeterium sit melius septum. Decorem domus Dei diligat tl. plebanus. Vicarium idoneum, aptum, natum, ad audiendas confessiones approbatum a decano rurali, exemplarem habeat quamprimum tl. plebanus sub privatione beneficii. Concubinarij ac imprimis haeretici ad tl. episcopum cracoviensem, ducem severiensem, sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda deferrantur.

Villa Grodziec

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Catharinae consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Hedwigis. Iurispatronatus haeredis villae...

k. 232 v.

Altaria. Tria murata, quorum unum maius consecratum integram mensam habens tegitur tribus mappis...

k. 233 r.

Sacristia lignea, in qua servatur haec suppelex: Calices duo argentei, quorum unus locatim, alter vero totus deauratus. Crux una argentea cum pede stanneo. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium vetus aurichalceum. Casulae quinque varii coloris, albae quinque, mappae viginti quinque. Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis novem decim per grossos duodecim. Item a sepultura per marcam unam. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis et dominicis...

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in tribus locis sitos. Prata ibidem quatuor, hortulanos tres, decimas in libro beneficiorum expressas. Messalia ex villa Grodziec secundum quantitatem agrorum. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Grodziec, Grodkow, Psary, Ladzisz.

k. 233 v.

Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum quamprimum erigatur, ubi praeter venerabile sacramentum nihil ponitur. Pavimentum adaequetur. Confessionale ad minus unum pro excipiendis fidelium confessionibus erigatur. Parietes templi a pulveribus mundentur. Metrica utraque... secundum formam praescriptam scribatur. Corporalia sint plura munda integra. Tectum templi, campanilis, ossarii reformentur ante hiemem. Antiphonarium, psalterium nova emantur, similiter et turiferarium. Census a vaccis per duodecim grossos... solvatur. Coemeterium sit melius septum. A sepulturis in usum ecclesiae non autem plebani pecunia convertatur. Rationem faciant vitrici singulis annis praesente tl. plebano ac duobus de populo. Haec omnia ante hiemem in executionem deducat tl. plebanus — siquidem a multis annis neglectum fuit — sub privatione beneficii.

k. 234 r.

Villa Charzow

Ecclesia parochialis murata tituli s. Mariae Magdalенаe consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Hedwigis. Iurispatronatus conventus Miechoviensis...

Altaria tria murata, consecrata, integras mensas habentia, teguntur tribus mappis...

k. 234 v.

Sacristia. Murata, testudine clausa, in qua servatur haec suppelex: calices quinque argentei cum patenis, quorum duo deaurati. Crux una argentea, monstrantia

k. 235 r.

aurichalcea, turiferarium aurichalceum vetus. Casulae quatuor, albae octo, mappae sedecim, pluviale nigrum non est.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Elemosina tantum, quae colligitur in sacculum diebus festis....

- k. 235 v. Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet duas villas, Chorzow, in qua est praedium, et Dąb. Missalia ex eisdem villis, a scultetis per quatuor corethos (metretas) siliginis totidem avenae. A cmethonibus autem per quatuor siliginis, totidem avenae. Censum secundum quantitatem agrorum. Silvam dictam Dąb, habet et aliam silvam Koszocia dictam. Prata ibidem. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Charzow et Dąb.

Hospitale. Extra moenia oppidi Bythom habens capellam tituli s. Spiritus consecratam. De dote, proventibus ac aliis rebus necessariis nec docuit nec docere voluit. In praesente visitatione non interfuit praepositus charzoviensis et ideo infectis rebus discessit visitator.

Decretum visitationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum quamprimum erigatur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Pixis pro venerabili sacramento servando argentea, similiter et monstrantia habeatur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparentur. Confessionalia duo pro excipiendis fidelium confessionibus erigantur. Bursa pro deferendo venerabilis sacramenti ad infirmos nova habeatur. Vetera olea non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari, qui eo nomine habeatur, crementur. Metrica utraque secundum formam praescriptam... scribatur. Pluviale nigrum ematur. Corporalia sint semper munda, integra. Decorem domus Dei diligit tl. praepositus. Turiferarium novum ematur. Tectum campanilis reformetur. Religiosi olim praepositi huius debita exigant quamprimum et exacta pro fabrica ac usu ecclesiae huius exponantur necesse est. Siquidem a triginta annis tot negligentias supinas comisit praepositus ille, qui in toto fere ecclesiam reliquit desolatam.

k. 236 r.

Ecclesia s. Margaritae Parochialis

Extra muros oppidi Bythom murata, consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum Nativitatis BMV. Iurispatronatus admodum tl. abbatis ad s. Vincentium Wratislaviensem....

- k. 236 v. Altaria tria murata, quorum unum tantum consecratum integram mensam habens. Teguntur tribus mappis....

k. 237 r.

Sacristia. Murata, testudine clausa, in qua servatur haec supplex: ac imprimis calices duo argentei cum patenis deaurati. Crux non est. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium vetus aurichalceum. Casulae quatuor. Pluviale unum. Albae quinque, Mappae octo. Antependia tria. Proventus pro fabrica ecclesiae. Elemosina tantum, quae colligitur in sacculum diebus festis tantum....

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agrum in uno loco situm. Molendinam, ex qua percipit qualibet septima unum corethum farinae. Prata ibidem. Decimas in libro beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Szambierki, Ozegow, Lagiewniki, Chropaczow, Świetochlowice Maius, Świetochlowice Minus.

k. 237 v.

Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Pavimentum adaequetur. Chrismale non in ciborio, ut hactenus, sed in armario peculiari fermetur. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur, dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Vetera olea in lapide peculiari, qui eo nomine habeatur, crementur. Metrica utraque secundum formam praescriptam... scribatur. Corporalia sint plura munda. Feramenta pro pinsandis hostiis habeantur propria. Crux si non argentea — propter exiguos fructus ac reditus ecclesiae — ad minus lignea decenter picta habeatur quamprimum. Graduale, antiphonarium, psalterium successive emantur. Decimas in

erectione ac fundatione expressas iure repetat tl. plebanus sub privatione beneficii, a multis enim annis neglectae sunt omnino. Tectum templi, campanilis, ossarii reformentur. Coemeterium sit melius septum.

Villa Michalkowice

Ecclesia parochialis murata lignea tituli s. Michaelis Archangeli consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Ursulae, iurispatronatus tl. Christophori Miroszewski ... k. 238 r.

Altaria tria murata, quorum unum consecratum integram mensam habens tegitur tribus mappis ... k. 238 v.

Sacristia. Lignea, in qua servatur haec suppelex: Calices tres argentei cum patenis, quorum duo deaurati. Crux una argentea. Monstrantia argentea locatim deaurata. Turiferarium aurichalceum vetus. Casulae varii coloris octo. Pluviale unum. Antependia quatuor. Albae quinque. Mappae viginti sex. k. 239 r.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a tredecim vaccis per octo grossos. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis et dominicis ...

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in tribus locis sitos. Pratum unum post domum plebanalem. k. 239 v.

Piscinam unam. Missalia ex eadem villa per quatuor corethos siliginis totidem avenae. Item ex villa Maczegowice septem metretas avenae. Decimam manipularem ex eadem villa Maczegowice ex certis agris. Item ex praedio Michalkowice decimam manipularem. Item in villa Bytkow ex agris quatuor cmethonum.

Item ex praedio eiusdem villae ex agro Piwniczyska dicto. Item messalia ex villa Bytkow metretas septem avenae. Item ex praedio Bangow tres taleros annuatim pro missis defunctorum feriis sextis celebrandis. Item decimam manipularem ex hortulanis eiusdem villae Michalkowice. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Michalkowice, Maczekowice, Bytkow, Bankow.

Decretum reformationis. Pixis altera pro venerabili sacramento servando si non argentea ad minus stannea habeatur. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur. Dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Metrica utraque secundum formam praescriptam ... scribatur. In ciborio, praeter venerabile sacramentum nihil omnino servetur. Chrismale autem in peculiari armario habeatur. Turiferarium reformetur. Census a vaccis per duodecim grossos ... solvatur. Vitrici singulis annis rationem faciant praesente tl. plebano ... necnon tl. Christophoro Miroszewski, villae huius, ac duobus de populo secundum consuetudinem communem. Concubinarij, ne ira Dei provocetur, per brachium saeculare puniantur. k. 240 r.

Villa Bogucice

Ecclesia parochialis lignea tituli s. Stephani, consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum s. Francisci, iurispatronatus haereditis villae ... k. 240 v.

Altaria. Duo, nullum consecratum, murata ... k. 241 r.

Sacristia lignea, in qua servatur haec suppelex: Calix unus argenteus cum patena, crux una argentea cum reliquijs, monstrantia aurichalcea, turiferarium aurichalceum vetus, casulae quinque, antependia tria, pluviale unum, albae tres, mappae novem.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis quinque per grossos sex. Agros in duobus locis, a quibus percipitur sexagena una. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus festis ...

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis sufficientes, sed steriles (id est agros-F. M.) in uno loco sitos. Prata ibidem duo. Hortulanum unum. Piscinas duas. Ex molendina duos taleros, duos capones, unum corethum farinae annuatim. Ex taberna a qualibet vasa per k. 241 v.

sesquialterum grossum. Messalia ex duabus villis Bogucice et Zaleze octoginta corethos siliginis et totidem avenae. Ex villa de nova radice dicta Katowice a quatuordecim hortulanis a quolibet hortulano per duodecim grossos. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Bogucice, Zelese, Katowice, Kuznicza.

Decretum reformationis. Pixis altera parva, si non argentea (ob exiguos ecclesiae redditus) ad minus stannea pro venerabili sacramento servando habeatur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Ciborium altari affigatur. Olea sacra non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari, qui eo nomine habeatur, crementur. In maiori altari nunquam praesumat plebanus celebrare sine altari portatili consecrato. Corporalia sint plura munda et integra. Similiter et pallae plures varii coloris. Vinum semper recens habeatur. Census a vaccis pro fabrica ecclesiae per duodecim grossos ... solvatur. Fenestrae fractae reparentur. Metrica utraque secundum formam praescriptam ... scribatur. Graduale, antiphonarium Cracoviis impressa successive emantur. Tectum templi, campanilis, ossarii quamprimum reformentur. Decorem domus Dei diligat tl. plebanus.

Oppidum Myslowice

Ecclesia parochialis murata tituli Nativitatis b. Mariae Virginis consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum Visitationis b. Mariae Virginis. Iurispatronatus tl. Catharinae Salamonowa ...

- k. 242 v. Altaria tria murata, nullum consecratum, in quibus celebrari solet supposito altari portatili, quae tria habentur et integra, teguntur tribus mappis ...
- k. 243 r. Sacristia. Testudine clausa, in qua servatur haec supplex: Calices argentei cum patenis duo, quorum unus totus deauratus, alter autem locatim. Cruces duae argenteae cum reliquiis. Monstrantia argentea cum pede stanneo, locatim deaurata. Urceolorum unum par argenteum. Pixis altera pro deferendo venerabili sacramento ad infirmos habetur argentea deaurata. Turiferaria duo aurichalcea vetera. Casulas undecim varii coloris. Pluvialia duo. Antependia sex varii coloris. Albae undecim. Mappae viginti sex. Calix pro ablutione argenteus, deauratus.
- Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis quatuor per grossos decem. Item a sepultura per unam sexagenam. Item elemosina, quae colligitur in saccum diebus festis ...
- k. 243 v. Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis duos laneos agri, qui incipiunt in flumine Przemsza, ad piscinas usque tendunt inter agros civium. Prata. Piscinas tres. Hortulanos tres. Inquilinos quinque alias chałupników. Hortum magnum et amplum penes civium hortos. Decimas in libro beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Oppidum Myslowicze, villae Brzęczkowice, Brzezinka, Sopenice, Rozdzin, Kuznicza, Pogonia, Zagorze, Siedlecz, Klimuntow, Porompka, Bor de nova radice, Niwka.
- k. 244 r. Hospitale. Penes ecclesiam parochialem duobus hypocaustis constat. Pro dote praeter census octo florenos annuatim ex hortis et elemosina a christifidelibus nihil habet.
- Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum quamprimum erigatur, vetus autem in nihilum propter errorem redigatur. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur, dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Pavimentum adaequetur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparentur. Confessionale ad minus adhuc unum pro excipiendis fidelium confessionibus erigatur. Vetera olea non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari, qui eo nomine habetur, crementur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Metrica utraque in duobus libris ... secundum formam praescriptam scribatur. Corporalia sint semper munda et integra. Pallae diversi coloris plures habeantur. Feramenta pro pinsandis hostiis nova emantur, vetera interim corriganur. Census a vaccis per duodecim grossos ...

solvatur. Vitrici singulis annis rationem faciant praesente tl. plebano, domino ex aula, ac duobus ex oppidanis secundum consuetudinem communem. Decorem domus Dei diligit tl. plebanus.

Oppidum Bendzin

Ecclesia parochialis murata tituli sanctissimae Trinitatis post conflagrationem non est reconciliata. Iurispatronatus suae Regiae Majestatis ...

Altaria. Tria murata, nullum consecratum. In maiori altari celebrari solet supposito altari portatili, quod unicum habetur ... k. 245 r.

Sacristia. Murata testudine clausa, in qua servatur haec supplex: Imprimis calices argentei cum patenis, quorum duo deaurati, duo autem locatim. Cruces tres argenteae cum reliquiis, quarum duae deauratae. Pacificalia tria argentea rotunda cum reliquiis. Monstrantia argentea tota deaurata. Urceolorum par unum argenteum. Turiferarium unum aurichalceum vetus ac malum. Casulae decem varii coloris. Pluvialia duo. Antependia sex. Albae quatuor. Mappae duodecim. Dalmaticarum duo paria. k. 245 v.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis viginti tribus per duodecim grossos. Ab hortis florenos duodecim sine duobus grossis. Item a sepultura per unam sexagenam. Item elemosina, quae colligitur in sacculum diebus dominicis ac festis ...

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in duobus locis situs. Prata ibidem. Hortos septem. Decimas ex oppido Bendzin quinquaginta quinque florenos. Ex villa Malobadz septuaginta quinque. Ex villa Sarnow decem octo florenos, ex eadem villa quatuor metretas avenae a tribus colonis. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: oppidum Bendzin, villae Malobandz, Sarnow, Preczow. k. 240 r.

Contubernia. Diversorum artificium, quae sunt quatuor, quae cereos inter divina officia accendunt, missas pro defunctis quolibet quartali absolvendas curant. Hospitale. Penes ecclesia sine capella uno hypocausto constat. Ecclesiam parochialem frequentunt pauperes. Pro dote praeter censum a duobus hortis et a duobus vaccis et elemosinam a christifidelibus nihil habet. Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur. Parietes templi a pulveribus mundentur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Pavimentum adaequetur. Confessionalia duo pro excipiendis fidelium confessionibus erigantur. Sacculi linei pro venerabili sacramento servando mundi et integri semper habeantur. Vetera olea non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari, qui eo nomine habeatur, crementur. Sacrarium pro ablutionibus mittendis habeatur. Pixis altera, si non argentea, ad minus stannea pro venerabili sacramento deferendo ad infirmos ematur. Metrica utraque in duobus libris ... scribatur. Altaria tribus mappis tegantur. Corporalia sint semper munda et integra. Turiferarium novum ematur, similiter et pluviale nigrum. Agendorum liber Povodovii quamprimum habeatur. Item antiphonarium, psalterium Cracoviis impressa comparentur. Tectum templi, campanilis, ossarii ante hiemem proxime venturam tegantur. Coemeterium sit melius septum. Vasa tam lapidea quam lignea pro aqua benedicta ad aspergendum populum omnino sint intra ecclesiam, nullo modo extra. Census a vaccis ... per duodecim grossos solvatur. Ex sacculo in usum ecclesiae non autem plebani pecunia commutetur ... Vitrici singulis annis rationem faciant praesente tl. plebano et duobus ex oppidanis. Parochianis ac imprimis oppidanis nunquam deneganda est sepultura a tl. plebano tam in ecclesia quam in coemeterio propter questum et aliter non faciat tl. plebanus per tempus existens sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae. Vicarium intra duas septimanas, idoneum, exemplarem, et ad audiendas confessiones a tl. decano approbatum habeat sub privatione beneficii. Decorem domus Dei diligit tl. plebanus, qui priores reformationes in executionem ducat, necesse est. k. 246 v.

Contubernia. Diversorum artificium, quae sunt quatuor, quae cereos inter divina officia accendunt, missas pro defunctis quolibet quartali absolvendas curant. Hospitale. Penes ecclesia sine capella uno hypocausto constat. Ecclesiam parochialem frequentunt pauperes. Pro dote praeter censum a duobus hortis et a duobus vaccis et elemosinam a christifidelibus nihil habet. Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur. Parietes templi a pulveribus mundentur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Pavimentum adaequetur. Confessionalia duo pro excipiendis fidelium confessionibus erigantur. Sacculi linei pro venerabili sacramento servando mundi et integri semper habeantur. Vetera olea non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari, qui eo nomine habeatur, crementur. Sacrarium pro ablutionibus mittendis habeatur. Pixis altera, si non argentea, ad minus stannea pro venerabili sacramento deferendo ad infirmos ematur. Metrica utraque in duobus libris ... scribatur. Altaria tribus mappis tegantur. Corporalia sint semper munda et integra. Turiferarium novum ematur, similiter et pluviale nigrum. Agendorum liber Povodovii quamprimum habeatur. Item antiphonarium, psalterium Cracoviis impressa comparentur. Tectum templi, campanilis, ossarii ante hiemem proxime venturam tegantur. Coemeterium sit melius septum. Vasa tam lapidea quam lignea pro aqua benedicta ad aspergendum populum omnino sint intra ecclesiam, nullo modo extra. Census a vaccis ... per duodecim grossos solvatur. Ex sacculo in usum ecclesiae non autem plebani pecunia commutetur ... Vitrici singulis annis rationem faciant praesente tl. plebano et duobus ex oppidanis. Parochianis ac imprimis oppidanis nunquam deneganda est sepultura a tl. plebano tam in ecclesia quam in coemeterio propter questum et aliter non faciat tl. plebanus per tempus existens sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae. Vicarium intra duas septimanas, idoneum, exemplarem, et ad audiendas confessiones a tl. decano approbatum habeat sub privatione beneficii. Decorem domus Dei diligit tl. plebanus, qui priores reformationes in executionem ducat, necesse est. k. 247 r.

Villa Dzieczkowicze

Ecclesia parochialis lignea tituli Omnium Sanctorum consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum Paschale. Iurispatronatus haeredis villae ...

- k. 247 v. Altaria duo, quorum nullum consecratum. Celebratur in maiori supposito altari portatili, quod unicum habetur ...
- k. 248 r. Sacristia. Lignea, in qua servatur haec supplex: Calix unus cum patena argenteus, crux una argentea, monstrantia aurichalcea, turiferarium vetus, casulae duae, pluviale unum, albae tres, mappae sex.
- Proventus pro fabrica ecclesiae. Nullus praeter elemosinam ... Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet agros, decimas in libro beneficiorum expressas. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Unica villa Dzieczkowicze.
- Decretum reformationis. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam numquam differatur, dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. Sacculi linei sint semper mundi pro venerabili sacramento servando. Confessionale pro excipiendis fidelium confessionibus erigatur. Bursa ad infirmos nova habeatur. Metrica utraque in duobus libris ... scribatur. Feramenta pro pinsandis hostiis nova habeantur, vetera interim reformentur. Similiter et monstrantia. Census a vaccis per duodecim grossos solvatur ... In sacristia fenestra aedificetur. Rationem faciant vitrici — et sint semper duo singulis annis praesente tl. plebano et duobus ex populo.

k. 248 v. *Oppidum Czeladz*

Ecclesia murata parochialis tituli s. Stanislai consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica prima post festum Omnium Sanctorum. Iurispatronatus tl. episcopi cracoviensis ...

- k. 249 r. Altaria. Tria murata consecrata, integras mensas habentia ...
- Sacristia. Murata testudine clausa, in qua servatur haec supplex: calices quatuor argentei cum patenis, quorum duo deaurati. Crux una argentea cum pede stanneo. Monstrantia cum pede stanneo. Turiferarium aurichalceum. Casulae varii coloris septem. Pluviale unum. Antependia octo. Albae quatuor. Mappae viginti quatuor.
- k. 249 v. Proventus pro fabrica ecclesiae. Census a vaccis triginta per quindecim grossos. Item census a tribus hortis per octo grossos. Census ab appibus. Item a sepultura per unam sexagenam. Item elemosina, quae colligitur a christifidelibus in saccum diebus festis et dominicis ...
- Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet imprimis agros in uno loco sitos, qui se extendunt ad spatium fere mediae miliaris in longitudinem. Prata in uno loco ex utraque parte fluminis dictae Brencicza. Hortulanos tres. Piscina una. Vinarium unum. Census ex oppido a quolibet laneo agri per sedecim grossos. Hortum unum. Messalia ex oppido triginta corethos et unum siliginis, avenae ex dicto oppido centum quinquaginta quinque corethos. Item ex villa Miłowice — ubi sunt quindecim lanei — a quolibet laneo per quatuor corethos siliginis, totidem avenae. Item ex villa Siemianowice de septem laneis percipit septem corethos avenae. Item in villa Rozdzen decimam manipularem. Item ex villa Przelajka ex certis agris decimam manipularem. Item ex villa Woykowice corethos triginta quinque siliginis. Avenae quinquaginta sex. Haec autem missalia percipit mensura cracoviensi super affluentem. Item ex villa Dąbno decimam manipularem alternatim habet cum tl. loci ordinario. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Oppidum Czeladz, villae Miłowice, Siemianowice, Przelajka, Wojkowice.
- Hospitale. In suburbio sine capella ecclesiam parochialem frequentunt paupe-

res, uno hypocausto constat et duabus cameris. Pro dote nihil habet praeter elemosinam a christifidelibus.

Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur. Parietes templi a pulveribus mudentur. Fenestrae, quae sunt fractae, reparantur. Confessionale ad minus unum pro excipiendis fidelium confessionibus in loco aperto erigatur. Pixis altera pro venerabili sacramento ad infirmos deferendo ad oppidanos si non argentea ad minus stannea habeatur. Metrica utraque in duobus libris ... scribatur non per rectorem scholae, ut hactenus, sed per tl. plebanum. Pallae sint plures diversi coloris. Bursa ad infirmos nova habeatur. Decorem domus Dei diligat tl. plebanus, ut capiat. Ebrietas nimia inter oppidanos ac usura publica per tl. capitaneum severiensem coerceatur.

k. 250 v.

Villa Chelm

k. 213 r.

Ecclesia parochialis murata tituli sanctissimae Trinitatis consecrata, cuius consecrationis celebratur dies anniversaria dominica proxima post festum s. Matthaei. Pavimentum simplex inaequale. Fenestrae fractae. Confessionale nullum. Ambona in cornu Epistolae ad parietem. Parietes mundati. Fores bonae ...

Altaria. Tria murata consecrata integras mensas habentia ...

Sacristia. In qua servatur supplex: Calix argenteus, crux una argentea. Monstrantia aurichalcea. Turiferarium nullum. Casulae sex. Alba una. Mappae sex. Antependium unum. Pluviale unum.

Proventus pro fabrica ecclesiae. Nullus praeter elemosinam ...

k. 213 v.

Fundatio et provisio ecclesiae. Ecclesia haec pro sustentatione sui rectoris habet agrum in uno loco situm. De cetero nihil. Parochiani ad ecclesiam pertinentes: Unica villa.

Decretum reformationis. Ciborium in maiori altari ligneum decenter pictum erigatur. Fenestrae fractae reparantur. Confessionale pro excipiendis fidelium confessionibus erigatur. Pavimentum adaequetur. Pixis pro venerabili sacramento ad minus stannea servanda ematur. Renovatio venerabilis sacramenti ultra quindenam nunquam differatur. Dies autem renovationis in tabula parieti appensa ad ciborium notetur. In ciborio nihil servetur praeter venerabile sacramentum. Vetera olea non in altari, ut hactenus, sed in lapide peculiari, qui eo nomine habeatur, crementur. Metrica utraque secundum formam praescriptam ... scribatur. Corporalia sint pluria, munda et integra. Pallae sint plures. Vela super calicem varii coloris sint pluria.